



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicoꝝ, 1607

Crisis. Siue Vltimvm Tribvnal.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

quod eis consulatur. Conturbavit non nihil hoc responsum Principis animum, atque tum aegritudine, tum stineris labore, homo praesertim aetate iam affecta, in morbum incidit, morti quoque proximus postulavit, ut baptizaretur, filioque cum suis domum remisso ipse, iam baptizatus, magna cum pietatis significatione spiritum Deo reddidit.

Concludam VIRIDARIVM cupresso
& epicedio, quod in vltima mundi
vota & fata panxi.

CRISIS.

Siue

VLTIMVM TRIBVNAL.

I.

A Deste mundi praesides,
Mitraeque purpuraeque;

Adeste sceptrum, fasciam,

Et fascium secures;

Adeste viui, mortui

Olimque nascituri;

Carmen fero plorabile:

Audite fata mundi.

II.

Singultiente spiritu,

Hiulca trudo verba;

T 2

Pro-

*Protusa mox resorbes,
Reciprocante lingua;
Ruunt per ora flumina
Æstusq; lachrymarum.
Procul procul deliria
Mundi; procul cachinni.*

III.
*Quocunq; verto lumina,
Squalore cuncta marcent;
Extincta lugent sidera,
Et siderum choragi.
A sole sol defectus est,
Caretq; luce Luna.
Ponti fremunt cœcœnia,
Gemit tremitq; tellus.*

IV.
*Cautes & antra mugiunt,
Et saxa colliquescunt:
Lambunt faces incendij
Æterna templa cœli;
Mundi crepant fundamenta,
Urbes iacent & arces:
Damnata gens mortalium
Rogo crematur uno.*

Moesto

V.

Mœsto pauet silentio
 Cinis sepultus orbis.
 Nox alta mæret, nulla vox
 Sonatue, murmuratue;
 Non æthra sentit alitem;
 Non rugiunt leones,
 Latrator ipse conticet
 Non mugiunt triones.

VI.

Regina mortualium
 Armata falce Parca,
 iam funus vnum duxerat
 Ex gentium ruinis;
 Per ossa victrix arida
 Incesserat superba,
 Deamq; se iactauerat
 Deo potentiozem.

VII.

Repente clangit buccina
 Sonoribus tremendis:
 Archistrategus ætheris
 Frigentiumq; prætor,
 Quatit potenti numine
 Tumbas, & excutit umbras:

*Prodite manes, currite
Ad ultimum tribunal.*

VIII.

*Hic ô nouum spectaculum,
Spectaculum pauendum
Tellus mouet tremoribus
Nouis, inusitatis,
Et parturit quod seculis
Tot fouit inter aluum.
Animantur ossa flamine
Et vestiuntur artus;*

IX.

*Sed fronte prorsus impari,
Et impari decore;
Hic monstruoso vertice,
Vultuq; tortuoso;
Sed oris ille gloria
Gemmata vincit astra,
Et vincit vsq; septies
Fulgore solis ortum.*

X.

*Olympus ecce panditur,
Discedit omne caelum;
Pratoriana proruit
Phalanx ab arce mundi:*

Mille-

Millena supra millies
(Si tota castra lustres,)
Putabis ex parvissimo
Censu triariorum.

XI.

En primipilus Numinis
Præfert trabale signum,
Signum salutis inclytum
A quo Deus pependit,
Elisa cuius cornibus
Est iussa mors moriri:
Et fracta vis Plutonia,
Et capta regna Ditis.

XII.

Dictator immortalium
Scandit tribunal arcus;
Tremore nutant sidera,
Inæstuatq; tellus.
Horrore pallent taxtara
Infrag; mille montes
Querunt chaos profundius.
Ob numinis furorem.

XIII.

Sed fas abesse nemini.
In orbis hoc theatro:

*Celi vacant prætoria,
Stipantq̄ iudicantem.
Patent hiatus inferi,
Cernuntq̄ fulminantem;
Adsunt Adami proximi
Et ultimi nepotes.*

XIV.

*Hic pectorum lararia
Reclusa pelleguntur,
Et libripendes numinis
Imis reposta mandris
Promunt, & arctè pensitant
Consulta, dicta, facta,
Et iusta cunctis præmia
Laboribus reponunt.*

XV.

*Delectus hinc decernitur
Ab impijs piorum.
Mittuntur ala calitum
Ut euocent beatos,
Ruunt tribuni numinis
In agminum phalanges,
Sistuntq̄, lato dexteram
Ad præsentis oram.*

XVI.

Clam-

Clamore montes intonant,
A supplicum querelis:
Affectat astra proximis,
Segnisue strenuusue:
Aurata plorant vellera;
Lacerna trita videt;
Arcetur hircus contumax,
Mites leguntur agni.

XVII.

O Scena lamentabilis,
O flebilis Cothurnus.
Non syrma vidit tristius,
Eterna Ditis umbra;
Ad candidatos aetheris
Iubentur ire nati;
Ad spectra dira Cerberii
Iubenter ire patres.

XIIX.

Patres vicissim perditis
Volant ad astra natis.
Maritus inter sidera,
Scrofas stat inter vxor.
Stat vxor inter sidera
Maritus inter hircuos,
Quos lectus vnus iunxerat,
Disiungit acta vita.

T 5

Sig.

XIX.

Sic à propinquo sanguine
Sanguis fugit propinquus:
Sic frater à dulcissima
Auellitur sorore;
Nec fratris execrabilis
Luctu soror mouetur.
Rident beati lachrymas
Post fata serò fusas.

XX.

Ergo tributis classibus
Piorum & impiorum:
Victrix triumphat natio
Dextramq; regis ambit.
Funesta fex & stulta plebs
Sortem gemunt sinistram;
Sublimis illa tollitur.
Hæc mole pressat ima.

XXI.

Supremus infit arbiter
Alto fremens ab arcu:
Mox attonantur omnia,
stupetq; mutus orbis.
Pauent cruenti Iulij
Dirig; Iuliani.

*Ipsi tremunt innoxij
Ob iudicantis iras;*

XXII.

*Sed hos amico lumine
Affatur ipse vindex
Iubetq; tutos fidere
Certos beatitatis:*

*Monstratq; patris regiam
Sedesq; destinatas,
Quas invident insontibus
Infausta sors nocentum.*

XXIII.

*Mox fulminantis impetus
Retortus in scelestos
Tonat fremente spiritu,
Dirumq; theta promit.
Tellus reclude viscera,
Gentem vora nocentem;
Abite detestabiles
In tartari barathrum,*

XXIV.

*Hostes abite numinis,
Abite perduelles;
Fas omne damnat impios
Recedite impiati.*

Damna-

*Damnata conscientia
Vos urget, ite, abite
Orciq; flammis pascite,
In auiternitatem.*

XXV.

*O fata funestissima,
Abitur, heu abitur,
Et itur in voragine
Ardentium focorum.
Aetnaea flant incendia
Et hauriunt nocentes,
Confossa spes, adempta res:
I stulta pompa mundi.*

XXVI.

*Hac mille vates millies
Canuntq; praecinuntq;
Sed quis mouetur vatibus,
Oraculisq; vatum?
Perinde passim viuatur,
Ceum nulla mors sequatur.
Potatur, estur, luditur,
Peritur, interitur.*

INDEX.